



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

Exaltio S. Crvcis 14. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

ignes illi ! quām horrendus purgatoriī carcer ! infernus temporaneus est , alteri non dissimilis , si pœnum æternitatem , & incolarum impietatem excipiatur . An est tanti in peccato percepta voluptas , ut ea atrocibus suppliciis ematur ? Hunc transitorium ignem omni tribulatione praesenti existimo intolerabiliorem .

## EXALTATIO S. CRVCIS

4. Septembris.

*Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Joan. cap. 15.*

**S**i minus bellare feliciter, certè prædari non sicut Cosrhoas , qui cùm captam totius Hierosolymam ipse etiam cepisset : prædam nimium quantum magnam Crucem Servatoris in Persidem asportavit. Doluit Christianus Imper. Heraclius spolia hæc Christianis detracta esse , & cœlo auctore armis commune omnibus Christianis dedecus aggressus abolere , ternas copias Cosrhoæ totidemque Duces felici Marte devicit , fortissime Christianis ut potè pro signis suis dimicantibus. Costhoas dum fugâ Tigrim trajicit , solum regni filium minorem Mardesam sibi adsciscit. Id maximus natu Syroës impatiens

ter

ter ferens, gemino patricidio & fratrē & paren-  
tem sustulit, pactūsq; regnumcum Heraclio  
pro Cruce stultissimus Mercator. Hanc por-  
tio Heraclius cùm imperatorio habitu fulgens  
eò ferre vellet, quò primò Servator tulerat,  
nec tamen occultā vi gradum morante pro-  
gredi jam posset, monuit Præsul Zacharias  
fastum poneret & aurum nimis animo onero-  
sum; nescire crucem purpuram, nisi quæ de  
Christi sanguine ruberet, sed neque coronam  
nōsse, quam spinæ non ornarent. Aliter er-  
gò triumphandum sibi esse intelligens Hera-  
clius, nudus pedes & plebeiam togam indu-  
tus facilè jam pedē promovit, & sublimē cru-  
cem loco suo & honori restituit. Hæc EXAL-  
TATÆ CRVCIS festa initia ajunt. Nego  
ego, & cum bona pace Heraclii, ea Christo  
primitus adscribo. Ex Brev. & Baron.

## MEDITATIO.

*De exaltatione S. Crucis.*

1. **A**MANS crucis supra omnes res creatas exaltatur,  
tutus ab injuriis fortunæ. Non timet mor-  
bum, paupertatem, dedecus alijsque calamitates.  
Nullis vitæ hujus ærumnis affligitur, utpote quas de-  
siderat, eásque Christi causâ hilari animo patitur.  
Quæ tibi sunt dolori & timori, ea sunt illi voluptati,  
& tunc felicissimus est, cùm tibi miserrimus videtur,  
*Christianus miser videri potest, inveniri non potest.* Minut.

M 4

2. A-

2. Amans crucis se ipso altius extollitur: hominem non crederes: cupiditatibus non accenditur, non pungitur concupiscentiam, deliciis non emollitur: amat laborem: horret quietem: & quoniam in hac misericordiarum valle occasiones patiendi, eum non deficiunt, semper latus est, ac hilaris, quia voti compos.

3. Amans crucis eò usque evenit, ut Christo de cruce pendenti similis, mundo crucifixus, & sibi mortuus sit. Ah Domine cui tuæ affigar, quantumvis reluctetur caro, quoniam tibi redemptori meo corpus & animam meam debeo: crucifigar; coronet spinis; sit simile meum corpus tuo corpori, quod pro me Patri æterno obtulisti. *Si ob hoc caput tuum Christi debes, tale, si potes, ei repende, quale suum pro tuo obtulisti.* Tertull.

## S. MATERNUS EPISC

15. Septembris.

*Resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Luc. 7.*

Portentum in orbe MATERNVS est, cui simile nullum: huic enim soli ter vita, ter mori obtigit. Natus in urbe Nain Galilæ, atque adolescens cum matris orbæ extremo dolore iterum denatus, cum jam efferratur, ad Christi misericordis imperium vitæ & matri redditus est. A Servatoris nostri gloriosa Anastasi, S. Petro discipulus adhæsit,

à quo